

qui enim coniugem perimit, vt cum adulteranti matrimonium ineat, respectu solius adulterantis fit inhabilis: quare ad quodcumq; aliud matrimoniu validè migrare potest. (dixi validè, quia quando fit impedimentum impediens, non est presentis disputare, & satis discussi. tota disput. 16.) Quia textus hoc impedimentum dirimens decernentes, solum irritant matrimonium inter machinantes mortem, & adulteros. vt constat ex cap. 1. cap. super hoc, & cap. significasti, de eo, qui duxit, & cap. de conuers. infidel. & cap. si quis viuent. 31. quæst. 1. Et ita docent D. Thom. 4. dist. 37. quæst. 2. art. 2. corpore. Et ibi D. Bonau. art. 2. quæst. 2. Durandus. quæst. 2. nu. 6. Ricardus art. 2. q. 2. Maioris. 4. d. 3. q. 2. paulo post principium. Kainerius. 2. part. summa. c. 14. Syluest. verb. matrimo. 8. quæst. 9. dist. 2. Petrus de Soto lectio. 9. de matrim. vbi de impedimento criminis, casu 2. Turrecremata. cap. interfectores, art. 2. num. 5. 33. quæst. 2. Antonius Cucus lib. 5. Institutionu maiorum. tit. 12. num. 78. Vigerius lib. Institution. cap. 16. §. 7. versi. 9. in fin. V. golius de Sacram. vbi de matrimo. cap. 19. num. 9. Enriquez lib. 12. de matrim. c. 14. num. 2.

Posterior obseruandum est, hoc impedimentum esse solo iure ecclesiastico inductum. Quare non incurrat illud infi-

deles, nisi speciali ipsorum lege statutum sit. De qua re nemo dubitat. Non enim natura repugnat eiusmodi matrimonium.

Tandem vt summam complectamur conditiones, quas ad hoc impedimentum dirimens desiderari, tota hac disputatio- ne diffusè diximus: eæ sunt quinque. Prima est, vt adfit machinatio mortis alterutrius coniugis, siue ab alterutro coniuge, siue ab adultero facta, effectu subsequuto: nimirum, vt reuera sequatur cõiugis illius interfectio machinata. Sufficit autem machinatio, vel consilium: non tamen rati- ficatio eius interfectionis, etiam nomine alterius coniugis effectu. Secunda, vt machinatio sine vestiatu in eadẽ matrimonij inter cõiugem superstitem, & adulterum, vel simul mortis machinatorem. Tertia, vt adfit adulterium, quando solus alter ex contrahentibus, mortem coniugis machinatus est: vel si adulterium desit, vt que illius machinationis reus sit. Quarta, vt adulterium requisitum sit vtique contrahenti notũ. Vltima, vt matrimoniu prius fuerit verum, quamuis non cõsummatum fuerit, diuortium huc celebratum sit. Nec impedimentum hoc reddit machinatem inhabilem simpliciter ad quodcumque aliud matrimonium: sed tantum respectu adulterantis, vel eius, qui simul in coniugis mortem machinatus est, ad inductum inter se matrimonium.

DISPVT. SEPTVAGESIMANONA.

An adulterium interuenientibus promissione futuri matrimonij, aut ipsius contractu de presenti cum adultera, dirimat subsequentes cum illa nuptias?

SVMMARIVM.

Adulterium cõ promissione matrimonij, vel contractu ipsius de presenti, est impedimentum dirimens. num. 1.
 Non sufficit fides data, aut matrimonium sine adulterio, nec sufficit conatus, nec copula non consummata: nec fides matrimonij in eadẽ viuentis altero coniuge. num. 2.
 Satis est, siue adulterium præcedat, siue subsequatur fidei dationem, aut contractum matrimonij. num. 3.
 An satis sit, si fides detur adultera de matrimonio inueniendo cum persona, quam quidam re- rtius designabit? num. 4.

Fides data, aut contractus matrimonij, ac adulterium concurrere debent durante cõiugio: nec satis est, si alterutrum præcedat, aut illud subsequatur. num. 5.
 An satis sit, vt in diuersis coniugis intercedant? num. 6.
 Quid, si fides data remissa sit ante adulteriũ, aut post illud remittatur? num. 7.
 Quid, si matrimonium illud sit clandestinum? num. 8.
 Quid, si promissio sit interna, nullo signo externo expressa? num. 9.
 Quid, si promissio sita sit & ore tenus? nu. 10.
 Quid, si promissio sit conditionalis? num. 11.

Quid,

Quid, si sit impossibilis, aut turpis conditio? num. 12.
 Quid, si contra substantiã matrimonij? nu. 13.
 Quid, si de presenti, aut præterito, vt sit vir- go, vel virginitas obij? nu. 14.
 Quid, si adulter promittat coniugate, de cuius viri obitu dubitatur ob septem annorum absentiam, si ostenderit id licere, duca? tel. nu. 15.
 Quid, si ita promitteret, si non essem coniugatus ducerem te? nu. 16.
 Quid, si ita, si volero, ducam te, vel nisi aliud arbitratus fuero, vel mihi visum fuerit? nu. 17.
 Quid de promissione his verbis concepta, non ducam aliam nisi te, vel præter te, vel alijs verbis æquiuocis? nu. 18.
 An desideretur promissio mutua matrimonij? Referitur quadam sententia: & explicatur qualiter distent inter se sollicitatio, & promissio. nu. 19.
 Referitur contraria sententia, nu. 20.
 Explicatur quando censetur promissio facta per modum contractus onerosi, ac respectus, & per modum gratiæ, & liberalis promissionis? nu. 21.
 Exigitur promissio illam acceptari ab eo cui fit, nu. 22.
 Quid, si altero promittente, adultera sit respondente. Incolumen seruet Deus viru moũ: vel dirigat quod diuini eius obsequio expedientius fuerit? nu. 23.
 Satis est promissio alterius sufficienter acceptata, nu. 24.
 An ad incurrendam impedimentum hoc sufficit altero promittente, alterius taciturnitas, ea que sit acceptatio, siue promissio fiat per modum promissionis liberalis, siue per modum contractus onerosi, & respectus? nu. 25.
 An si fiat per modum contractus onerosi, sit sit expressa alterius acceptatio, eaq; sit virtute re promissio? nu. 26.
 Soluntur argumenta, nu. 27.
 An sufficiat simplex, ac uerba promissio? Refer- tur quadam sententia, nu. 28.
 Propositur sententia Authoris: & explicatur, an fidei interpositio sit iuramento, numero 29.
 An necessarium sit, matrimonium prius esse validum, consummatum, nec dissolutu quoad habitationem? nu. 30.
 An exigatur vtique, adulterum nosse alterius coniugium: & quid, si vtique sit coniu- gatus, at vtamque alterius coniugium la- teat? nu. 31.

An requiratur post scientiam prioris coniugij matrimonium de facto dirit, & copulam haberi: an potius suspiciã matrimonij ante scientiam initum, habita post scientiã copula? nu. 32.
 Quid, si tempore copulæ iam illi à matrimonio resisteret? nu. 33.
 Quid, si fides præcessit scientiã, at copula eã sequuta est? nu. 34.
 Quid, si copula fuit ante scientiam: fides autem, aut contractus matrimonij post scientiam? nu. 35.
 Quid, si daretur, an quando fides data est, vel adulterium admissum, superflus erãt alter coniux: vel an fides, vel adulterium interueniret? nu. 36.
 Quando censetur scientiam adesse coniugij in altero? nu. 37.
 An excuset quauis ignorantia: an sola probabili- sit? nu. 38.
 An quando initum est matrimonium à perso- na coniugata cum soluta ignara eius con- iugij, vel vtique ignorante, liceat vtinã, soluti per mortem prioris coniugio, à poste- rioribus? nu. 39.
 An sit peccatum promittere futurum matrimo- nium, post presentis dissolutionem, ac ea promissio valeat? nu. 40.
 An hoc impedimentum reddat personam sim- pliciter illegitimam ad quodcumque matrimo- nium? nu. 41.
 An solam sit de iure humano, nec contrahatur inter infideles? nu. 42.
 Quid, si alter sit infidelis, alter vero fide- lis: vel alteram, vt contractus matrimo- nij, aut fides illius præcedat baptismum: alteram vero, vt adulterium, illam sequa- tur? nu. 43.
 Rediguntur in summam conditiones ad hoc im- pedimentum pertinet, nu. 44.

Egimus disputatione superiori de impedimento criminis adulterij cum machinatione mortis coniu- gis. Iam in presenti, de secundo, & tertio crimine differendum est: nimirum, quando quispiam fide data de matrimo- nio contrahendo, adulterium admittit, vel de facto cum eadem adultera matrimonium init, prioris coniuge super- stite. In vtroque enim euentu matrimo- nium inter illos dirimitur, vt constat ex cap. relatum. 31. quæst. 1. quod est desump- tum ex concilio Triburiensi, & ex cap. 1. & cap. veniens, de eo qui duxit, & meli- us ex capite finali, eodem, titul. ibi.

Si quis vxore viuente fide data promisit aliam se daturam, vel cum ipsa de facto contraxit, sine ante, nec post, legitima eius superflite, cognoscat eandem, non est matrimonium quod cum ea contraxit post vxoris obitum, dirimendum. Ceterum tolerari non debet, si prius, vel postea dum vixerit vxor ipsius, illam adulterio pollasser. Ratio autem huius impedimenti secundum omnes est, ne propter futuri matrimonij spem detur anfa captanda mortis coniugum.

Desiderantur autem aliquæ conditiones ad hoc impedimentum incurrendum. Prima est, vt adulterium concurrat cum futuri matrimonij promissione, aut cum matrimonio de facto inito, superflite altero coniuge. Quare nec sufficit matrimonium, nec fides data, sine adulterio; nec adulterium sine alterutro illorum, vt constat ex.c.c.ueniens, &c. finali, de eo qui duxit, vbi hæc duo simul petuntur, & docent vniuersi. Nec existimo sufficere, si adulteri sibi fidem dent de matrimonio inter eos ineundo ante alterius coniugis obitum: sed oportet vt de facto ante coniugis obitum matrimonio copuletur: vel de eo post ipsius obitum contrahendo dent sibi fidem. Quod prædicti textus solū matrimonium de præfenti viuente altero coniuge ponderent: & licet dū explicant futuri matrimonij promissionem, non clarè dicant eam esse de matrimonio ineundo post vxoris obitum, at id explicuit.c.relatum.31. q.1. ibi. *Insuper mocha viuente viro suo iuramentum dedisset vt post mariti legitimi mortem, si superuixeret, duceret vxorem.* Et passim Doctores ita eam promissionem explicant: & ita intelligunt cap. finale, de eo qui duxit, vbi dicitur graue peccatū perpetrari in hac promissione, doctores, quos num.40. referam. Nec ita hac promissione datur anfa captanda mortis alterius coniugis: quæ est ratio huius impedimenti. Cum non expectetur mors alterius coniugis ad matrimonium perficiendum: nec eò vsque promissio differatur. Nec satis est conatus ad copulam ipsa minimè sequata cum ea, cui futuri matrimonij fides data est, vel cum qua de facto initum est. Quod textus prædicti adulterinam copulam expolcant, quæ delictum consummatum importat: & maximè in his pœnibus, & impedimentis matrimonium dirimentibus, quæ valde restringenda sunt. Et ita docent Glossa.c. finali, verb. cognouit, de eo qui duxit; & ibi Ioan. Andr. nu-

mero.4. Anton. numero.4. Abbas sine. Cardinalis sine, Anchar. numero.4. Alexander de Neuo relato Vincentio, numero.9. Præpositus statim in principio, & numero.4. sine. Speculator, tit. de eo, qui duxit. §. vnico, numero.6. Brunellus de Sponfal. conclus. 34. numero.4. Lancelotus Instituta iuris canonici, lib.2. tit. de diuor. §. sed & si fidem, verb. copula. Quamuis minùs bene Hostien. eod. cap. finali, nu. 1. in eam partem inclinet, vt conatus sufficiat: dubiusque maneat. Imò eisdem rationibus ductus censo non sufficere vasis femine penetrationem, virili femine non intronissio. Quod id non fit adulterium consummatum, sed inceptum, & conatus ad perficiendum. Vnde sufficeret quacunque arte semen intra vas absque illius penetratione reciperetur. Cum id factis sit ad copulæ consummationem: nec femine semen exigatur. Vt diximus disp. 64. per totam.

Sufficit verò, siue fidei dationem, siue matrimonium de facto initum, præcedat, siue sequatur adulterium à coniuge illo admittum. In vtroque enim casu incurritur impedimentum hoc dirimens. Habetur expresse.c. finali, de eo qui duxit. Et docent vniuersi. Quippe in vtroque casu præbetur anfa captanda mortis coniugis.

Nec refert siue adulter fidem dederit adulteræ de contrahendo matrimonio cū ipsa, siue cum persona, quam tertius quidam ab adultera signatus destinauerit: quando fraudulenter ea fides petitur, vt tertius ille adulteram designet. Quia perinde est, ac si fides adulteræ ipsi daretur. Nec frans alicui parrocinari debet, cap. aduersus, de immun. Eccles. Quod si ea frans non interuenerit, sed fides illa petita est bona fide, eò quod credebatur fore vt tertius ille conueniens adulter matrimonium confuleret, non est locus huic impedimento: sed poterunt illi defuncto coniuge matrimonio copulari. Non enim adfuit promissio futuri matrimonij cum illa. Et ita docent Ricardus. 4. d. 33. art. 5. quæst. 7. Marius ibi. q. 2. in argumento. 1. contra primum impedimentum. Aftenfis. 2. p. summa, lib. 8. tit. 20. ar. 2. in principio. D. Antonius. 3. p. tit. 1. cap. 5. in 2. crimine dirimenti, vers. item si qua. Angelus, verb. matrimonium. 3. impedimento. 9. nu. 4. Sylu. verb. matrimonium. 8. q. 9. di. 6. Rosell. verb. impedim impediment. 8. nu. 3. & ibi Tabiena impedimento. 7. nu. vltim. Sotus

4. d. 37. quæst. vnica, art. 4. ad finem corporis. Ludouicus Lopez. 2. par. instr. 80. tit. vbi de matrim. c. 54. colum. 4. vers. aduertendum est. Vega. 2. tomo summe, cap. 34. casu. 77. Atque id verum est, licet bonafide adulter promitteret, vt bene docent Sotus, & Ludouicus Lopez. Imò factis est, siue fidem dans, siue acceptans existimet fore vt tertius ille consulat matrimonium inter illos adulteros. Quia ex parte vnus datur fides, vel acceptatur, de illo specialiter matrimonio cū adultera, quod consulendum credit: & ita frans ex parte illius interuenit. Et quamuis alter sit in bona fide constitutus, at ex parte sua ei periculo se exposuit, vt tertius ille id matrimonium consulere. Et sic docent Angelus, & Syluest. proximè allegati. Vnde non est audiendus Veracruz. 1. par. Speculi, ar. 34. post. 9. conclusionem; dubio. 2. vbi contra omnes Authores allegatos sustinet non esse impedimentum, quoad prædicta fraude concepta datur illa fides. Quis verò non promittitur cum adultera matrimonium. Sed ex dictis diluitur hæc ratio. Atque eius opinionem sustineri tenentur Doctores, quos num. 19. referam, censentes desiderari mutuam promissionem matrimonij ad hoc impedimentum incurrendum. Nam in hoc casu solam dantis fidem promissionem intercedere constat. Sed nu. 24. probabo eam mutuam fidem non esse necessariam.

Secunda conditio est, vt adulterium, & fides matrimonij, siue contractus de præfenti concurrant durante priori matrimonio. Quare si copula, aut fides, siue matrimonium de præfenti de facto initum, præcedat illud matrimonium, aut eo dissoluto per coniugis mortem eueniant; non contrahetur hoc impedimentum, vt si fides data est viuente coniuge, at copula post eius obitum est habita: aut de contra copula eo superflite, fides autem eo mortuo. Quia textus cap. finali, de eo qui duxit, expressè petit vtrumque superflite coniuge contingere. Et ita docent Speculator tit. de eo qui duxit. §. vnico, nu. 4. Antonius eo. cap. finali, numer. finali, Anchar. nu. 2. Henricus nu. 3. Tabiena, verb. impedimentum, impedimento. 7. q. 2. nu. 3. Sotus. 4. d. 37. quæst. vnica, art. 4. columna penultima. Mariengo lib. 5. recopil. tit. 1. rubrica, Glossa. 1. nu. 188. Ludouicus Lopez. 2. p. instr. 80. tit. vbi de matrim. c. 54. col. 4. in tertio crimine. A

Non constat autem inter Doctores, an necessarium sit, vt fides data, & adulterium durante eodē coniuge intercedant: an potius sufficiat, in aduersis nuptijs. Quidam enim credunt sufficere in diuersis nuptijs vnde censent impedimentum hoc dirimere incurri, si coniugatus sibi matrimonium ineundi post vxoris obitum. Marius dederit, non existente inter illos adulterio: & mortuo vxore aliud matrimonium coniugatus ille inierit, quo durante adulterium cum ipsamet Maria admittit, non renouata fide matrimonij. Quia verificatur adulterium & promissioem superflite coniuge euenire: quod solū petitur, cap. finali, de eo qui duxit. Atque ita docent ibi Ioannes Andr. nu. 3. Antonius, nu. 5. Anchar. num. 3. Henricus num. 4. & hanc sententiam tenendam esse ante factum, secus post factum, docet Angelus, verb. matrimonium. 3. impediment. 9. numer. 2. & est probabilis. At multo verius est, exigi vt durante eodem coniuge intercedant: ita in prædicto casu nullum oriri impedimentum. Quod per posterius matrimonium recedatur à fide data: ac proinde solū admittit adulterium. Deinde, quia id eodē hoc impedimentum inducitur est, quod ex ea promissione concipiatur spes futuri matrimonij, ac ex ea spe machinationi mortis mariti, aut vxoris, anfa præbeatur. At ea spes extinguitur inito posteriori matrimonio. Et ita docent Calderius. d. cap. finali, & ibi Abbas, numer. 5. Alexander de Neuo, numer. 8. sine. Ioannes de Lignauo, quem refert, ac sequitur Syluest. verb. matrimonium. 8. q. 9. di. 5. Rosella, verb. impedimentum, impedimento. 8. numer. 4. & ibi Tabiena impedimento. 7. numer. finali. Brunellus de Sponfal. conclus. 34. numer. 4. Sotus. 4. d. 37. quæst. vnica, art. 4. columna penultima, vers. dubium autem. Antonius Cucus lib. 5. institucionum maiorum tit. 17. numer. 80. Ludouicus Lopez. 2. par. instr. 80. tit. vbi de matrim. cap. 54. colum. 4. vers. aduertendum est item. Vega. 2. tomo summe, c. 34. casu. 76. Non explicant verò hi Authores, quid è contra dicendum sit: quando durante priori coniuge, adulterium cum illa Maria admittum est, absque matrimonij fide: & durante posteriori, data est fides absque adulterio. Nec ratio extinctionis prioris fidei datæ per posterius matrimonium, cui ininitur, militat in hoc casu: eam fides in posteriori matri-

monio data sit, nec possit dici prius adulterii admittum extingui. Verum existimo nec in hoc euentu locum esse huic impedimento. Quia textus reddenspecti eodem coniuge viuente perunt adulterii, & promissionem: ut eodem matrimonio iniuria inrogetur, præbita nã conjugis eiusdẽ interficiendi. Et ita, c. fin. de eo qui duxit, dicitur, *Dum vixerit vxor ipsius, &c. e. i. eodẽ tit. Et illam maximè, cui fidem dederat vxore sua viuente. Vbi de eodem cõiugio, cui per adulterium, & fidem datam iniuria inferitur, manifestè videtur esse sermo.*

7 Hinc deducitur, si ante adulterii admittum fides data eodem matrimonio durate soluta iam sit per vtrumq; contrahẽtis mutam remissionem, vel vterq; penitentia ductus à matrimonio de facto contracto, durate priori cõiugio, resiliuit, nondũ secuta copula, & postea casu subsecuta est, priori contractu non iterato, non esse impedimentũ. Quia prior ille contractus si lei data, aut matrimonio, omnino extinctus erat: & sic nõ cõcurrat adulterii & fides, seu contractus de presenti. Quod prorsus necessariũ est ad hoc impedimentũ. Et sic tenentur dicere Doctores posterioris sententie. n. præcedẽti relate, non itur enim ad dicendũ in eo casu non esse impedimentũ, eò quòd iam prior fides extincta erat. At si fides data remissa sit post adulterii, vel post illud resiliatur à matrimonio illo de facto intro, nil conferet ad euadendum hoc impedimentum. Quia iam illi idincurrant, nec propria autoritate se eximere poterunt.

8 Dubitabis autem, quid dicendũ sit, quãdo est clãdestinum matrimonium illud de facto initum, & concurret cum illo adulterium? Videtur enim non esse impedimentum. Quòd huiusmodi matrimonium sit prorsus irritum, ac vt etiam sponsaliũ destitutum (vt probauit lib. i. disputat. 20. n. 3. At contrarium tenendum est. Non enim ponderatur valor matrimonij, aut sponsalium, quòd impedimentum hoc confurgat: imò matrimonium illud semper est irritum impediens altero coniugio tunc durante: nec promissio illa valet, vt dicemus num. 40.

9 Tertia conditio est, vt promissio illa sit aliquo signo externo expressa: promissio enim interna matrimonij cũ adulterio nõ præstat hoc impedimentum. Quòd ea rãquã alterigenota non præbeat anam machinandi mortem coniugi. Ita Veracruz

i. p. Speculi, art. 34. post 29. conclusionem, dubio 2. in fin.

Hinc deducitur, quid dicendũ sit quando promissio matrimonij est facta, & retentus. Existimant quidam non oriri ex ea hoc impedimentum. Quòd ea non sufficiat ad sponsalia contrahenda. Sic Henríquez lib. 12. de matrim. c. 14. n. 3. fin. Emma nuel. Sa summa, verb. matrimonii, vbi de impedimentis dirimentibus. nu. 7. & fauer Manuella. como summa. 2. edition. c. 229. num. 7. vbi tunc in solo foro externo videtur censere, incurri hoc impedimentum, propter consensum præsumptionem. Idq; amplius probari potest à simili. Nam si fidẽ rebaptizans, atque fidẽ proferens heresim, excusantur ab irregularitate contra rebaptizantes, & ab excommunicatione contra hereticos impositis. Cuius ratio nõ bene reddit Suarez. 3. p. q. 71. art. 4. sectio. 6. column. 7. dubio. 4. quod pena Ecclesiastica delictis absolute, & simpliciter imposita, intelligantur de delictis perfectis, & consummatis in propria specie. Cũ ergo impedimentum hoc matrimonij sit pena ecclesiastica adulterij cum promissione matrimonij, accipiendũ est de perfecta, & consummata promissione in sua specie, qualis non est facta, & ore tenus. Ceterum ex ea hoc impedimentum oriri credo. Quia rextus inducentes hoc impedimentum innuntur ea ratione, ne spe futuri matrimonij sumatur anã captanda coniugis. Quæ æquẽ militat vbi promissio est facta. Cũ alteri contrahenti ea fictio prorsus ignota sit. Et ob similem rationem disput. 68. numer. 14. diximus ex sponsalibus irritis ob solũ internũ consensum defectum oriri hoc impedimentum. Nec obstat simile in contrarium adductum, cum eius ratione. Quia id habet verum, nisi ex illius pena sine concientia opposita Ecclesiæ intentio, vt contingit in casu rebaptizationis: finis enim illius pena est, in odium hereticorum rebaptizantium. At si dẽ rebaptizans neque id animo heretico efficitur proprie cõuenit cum hereticis in ea datione, vt à sua intentione procedit. Et simile contingit in fictio hæresis prolatore. Cũ nec reuera neget fidem, nec verè hereticus sit. At in nostro casu, ex fine Ecclesiæ inducentis hoc impedimentum colligitur eius mentem esse comprehendere nãc factam promissionem. Et idè hanc partem sustinent Ioannes Andreas, cap. significasti,

n. 2. fin. de eo qui duxit. Et ibi Anton. n. 8. Auchar. n. 2. Alexan. de Neuo. n. 9. Veracruz. 1. p. Specular. 34. concl. 9. Matiens. lib. 5. recopil. tit. 1. rubrica, Glof. 1. n. 186. Barthol. à Ledesma de mari. dubio. 58. cõclus. 5. Vega. 2. como sum. c. 34. casu. 124. Grafis. 1. p. decisio. lib. 2. c. 85. nu. 8. At tunc existimarem veram priorẽ opinionem, quando ex modo promissionis colligeret adulter, cui sit, si fidẽ & ioco eam fieri. Tũc enim ea non præstaret anam sperandi futuri matrimonij: ac subinde nec machinandi mortem coniugi: nec similis promissio tanquam facta, & ioco acceptatur. Quod ad hoc impedimentum desiderari dicam num. 22.

11 Quarta conditio requisita posset alicui videri, vt promissio illa sit absoluta: si enim cõditionalis sit, videtur nullum ex ea confurgere impedimentum: vt potè quæ non parit obligationem aliquam ante conditionis euentum. Et confirmatur, quia idè sponsalia sub conditione non produunt impedimentum publicæ honestatis, ante conditionis euentum: quia non habent perfectum consensum, cap. vnico, de Sponsal. in 6. Secundũ, quia si conditio non impletur, perinde prorsus est, ac si nil actum fuisset, & actus pro non factò habetur. I. cedere diem. ff. de verb. signification. l. pecuniam. ff. si certum petatur. l. qui hæredi. §. vltimo. ff. de condition. & demonstration. At dicendum est sufficere eam promissionem, vt ex ea pullulet hoc impedimentum. Quia licet promissio cõditionalis non obliget ad implendam rem promissam, ante quam conditio extet: habet tamen effectum ad hoc, vt verè dicatur data fides, & obligationem inducit non resiliendi ab ea, donec conditio defecerit: & concipitur ex ea spes futuri matrimonij: & proinde datur anã machinationis mortis coniugis. Quæ est ratio inducendi huius impedimenti. Deinde, quia nõ requiritur valor promissionis ad hoc impedimentũ (vt. n. 8. probauit.) Et ita sustinent Nauar. lib. 4. consil. in vtraq; editione, tit. de eo qui duxit, consil. 2. n. 1. Manuel. 1. tomo summe. 2. editio. c. 229. nu. 5. fin. Vega. 2. tomo summe. c. 34. casu. 70. fin. In hoc tamen euentu cõferet nullũ ex ea oriri impedimentum, nimirum, quando deficeret cõditio ante habitum adulterium. Tũc enim deficiente conditione dissoluta esset prorsus promissio, & quasi nunquã extitisset: quare adulterium superueniens destitutu

esset promissione: ac proinde non pareret hoc impedimentũ. Secus si habito iã adulterio deficeret conditio. Quia iã impedimentũ pullularet ex vera promissione cũ adulterio. (Sicut in simili diximus. n. 7.) Si enim posita illa promissione cõditionali, & adulterio, penderet hoc impedimentum ex conditionis futura impletione, manifestissimũ absurdũ sequeretur, nimirum, matrimonij absolute initi valorẽ pendere ex futuro euentu. Nã si antequã cõditio deficiat, vel impleatur, decederet coniux adulteræ, & nuberet adultero, qui sub cõditione fidem sibi dederat, dicendũ esset id matrimonij absolute contractum pèdere ex futuro euentu conditionis, & ea postea non impleta fuisse validũ, impleta autè irritũ. Nec obstat in contrarium adducta. Non primũ, quia constat ex dictis aliquã cõfurgere obligationem, antequam cõditio extet. Nec obstat cõfirmatio. Quia in eo speciali casu sic iure dispositum est. At in nostro nil decisum reperitur: & in eo militat ratio huius impedimenti. Tandem non obstat secundũ argumentum, quia deficiente conditione dissoluitur prorsus promissio, & pro non facta habetur, quoad effectus nõdum productos ex ea, secus quoad iam productos, vt proximè explicui.

12 Hinc à fortiori inferitur, oriri hoc impedimentum ex promissione facta sub cõditione impossibili, aut turpi, non est contra matrimonij substantiam. Et ita de conditione impossibili docet Nauar. lib. 4. consil. in vtraque editione titul. de eo qui duxit, consilio. 2. numer. 2. & constat, quia talis promissio reputatur absoluta: cum ex conditione reijciatur. Hoc tamen temperarem de conditione impossibili, nisi ex modo promittendi apparet eam ioco appositam: id est animo non se obligandi, sed irridendi (vt proximè in simili de promissione facta probauit, numer. 10.) De conditione autem turpi similiter limitarem, nisi ex modo promittendi deprehenderetur eam seriò appositam esse, & animo nullatenus ad matrimonium se obligandi, nisi ea impleta. Tunc enim non habetur pro non apposita in foro concientie, & ita in hoc foro iudicandum esset idem, quod de conditionibus contingentibus, & animo nullatenus se obligandi: Nẽpe, oriri impedimentum, nisi ante habitum adulterium deficeret conditio. At in foro externo, in vtraq; conditione semper iudicabitur impedimentum, non admissa,

probatione contraria modi conditionis appositæ. Quia est præsumptio iuris & de iure contra quâ nulla contraria probatio admittitur, eas condiciones pro non appositis haberi, ac consensum esse absolutum. Lura. c. finale, de condit. appof.

13. Imò exiſtimo impedimentum hoc conſurgere ex promiſſione conditionali, quâ uis conditio ſit contra matrimonij ſubſtantiam. Quia quamuis talis conditio vitiet, ac irritet matrimonium, & promiſſionem: vt conſtat ex. c. final. de condit. appof. at impedimentum hoc non pendet ex promiſſionis valore (vt nu. 3. probauit.) Quare niſi talis eſſet conditio, vt alter adulter eâ reiſſereret, nec promiſſionem acceptaret, aut ex modo promittendi appareret ioco, & ſi ad fidem ſub ea condicione dari, cenſerem ex tali promiſſione oriri hoc impedimentum: ſicut quando eſt conditio honeſta & contingens, dixi nu. 11.

14. Intelligo tamen ex promiſſione conditionali oriri hoc impedimentum, quando eſt verè conditionalis, eò quòd còditio ſit de futuro, & ſic ſuſpèdit còſenſum. Secus ſi conditio ſit de præſenti, vel præterito, vt ſi quiſpiam copulam habeat cù ſcæmina, ſpondens ei matrimonium, ſi vxor ſpondentis, vel vir ſcæminæ iam obierit: vel ſi eam virginem inuenierit. In priori enim caſu, nunquã eſt impedimentum, ſi enim iam coniuſ obierat, & ſic vtreq; erat ſolutus, iam promiſſio eſt facta poſt coniugis obitum, & ſubinde non præſtat impedimentum. Si verò nondũ obierat, nil promiſſum eſt, cù promiſſionis tempore deſecerit còditio. Nec datur anſa captadẽ mortis coniugis, eò quòd eo poſtea deſuncto vi careat promiſſio. In poſteriori autem caſu, ſi reuera conditio illa extat, quia reuera illa erat virgo, oritur hoc impedimentum. Quia interſuere promiſſio, & adulteriũ. Si verò conditio tunc non extabat, nil promiſſum eſt, ſed vana proſus fuit promiſſio, & ſic còditioe iã non extante adſuit adulteriũ promiſſione deſitutum (vt in ſimili dixi. nu. 11.) Quòd ſi obijcias, condiciones has eſſe poſſibiles, & ita pro nõ adieciſis haberi. Si enim ſcæmina illa iã deſlorata ſit: vel vir ſuperſit, impoſſibile eſt illam eſſe virginẽ, aut virum obijſſe. Dic huiusmodi còditiones, quæ ex natura ſua contingentes ſunt, & ſolũ per accidens ex ſuppoſitione alicuius facti ſunt impoſſibiles, non reiſſe, nec haberi pro non adieciſis, vt probauit lib. 5. diſp. 4. n. 16. & 17.

Ex diſis inferitur primò, quid dicendũ ſit de promiſſione hac còditionali, quãdò vir abſuit per ſeptem annos, & datur ſi deſ matrimonij adultere, ſub ea condicione, ſi probauerit licitũ eſſe propter talẽ abſentiam ad alias nuptias tranſire. Videtur enim nõ eſſe impedimentum. Quia illa còditio eſt reuera de præterito: cum perinde ſit, ac dicere, ſi licitũ eſt ob talẽ abſentiam abſque alia mortis còiugis certitudine ad alias nuptias migrare: & cũ còſter còditionẽ deſcere, nõ enim id eſt licitũ, euaneſcet promiſſio, & ſolũ adulteriũ manebit. Nauar. Mañuel, & Vega. nu. 11. allegati dicũt eſſe impedimentũ. Et probat rationibus à me adductis, nu. 11. ad probandum ex promiſſione conditionali oriri hoc impedimentũ. Sed ex rationes non verè probant hoc intentũ: quòd hæc conditio non forſitan naturam verè conditionis de futuro ſuſpendentis contractũ. Et ideò melius Nau. eodẽ conſ. n. 1. à me allegat, in nu. 2. melius hoc probauit, quòd hæc còditio ſit de iure impoſſibilis, nõ enim id poteſt eſſe licitũ, & non ſolè còditiones natura impoſſibiles, ſed etiã iure tales, habentur pro nõ adieciſis, iuxta deciſionẽ m. c. finalis, de còdit. appof. & còſenſus manet absolutus (vt probauit lib. 5. diſp. 4. n. 7. Quare idẽ proſus dicendũ eſt, quòd diximus. n. 12. de promiſſione facta ſub còditione impoſſibili.

Secundò inferitur, non eſſe locum huic impedimẽto, ſi còiugatus ſic dicat adultere, ſi non eſſem còiugatus, te ducerem (vt ex aliquibus Doctõribus retuli diſput. præcedenti. n. 15.) Quòd ea verba promiſſionẽ minimè importent: nõ enim datur fides aliqua de matrimonio in poſteriũ contrahendo, ſed tantũ ſignificatur voluntas imperſecta (quã Theologi velliciter appellant,) matrimonij contrahendũ, niſi obſtaret præſens. Atq; ita quamuis tunc tẽporis vxor deceſſiſſet, nulla ex vi dictõrum verborum obligatio conſurgeret.

Tertiò deducitur, ex promiſſione ſub hac còditione, ſi voluerit te ducã, nullũ còſurgere impedimentũ. Quippe nulla proſus eſt promiſſio, vt potè que ad propriã futurã voluntatẽ refertur. Secus eſſet, ſi aliud nõ vilum mihi fuerit, vel niſi aliud iudicaero, vel arbitratũ fuero, vel iuſtum fuerit. Quia verba hæc non ad liberam voluntatem referuntur, ſed ad boni viri arbitrium rationi conſentaneum (vt latè tradit Bartol. ab omnibus receptus ſuper extrauagantiã ad reprimendam, verb.

vide-

videbitur, num. 3. & ſequentibus. Et ita ſi noua mutatio non ſuperueniat, obligat, & eſt promiſſio verè còditionalis: & proinde de illa conſenſum eſt, ac de promiſſione conditionali diximus. n. 11. niſi ex modo promittendi appareat, & ex alijs circumſtantijs, verba hæc ad liberam voluntatem relata eſſe.

18. Quãdò inferitur, ex promiſſione concepta ſub his verbis, Nõ ducam aliam niſi te, vel præter te, vel alijs æquiuocis, an còſurgat impedimentum, pendere ex cognitione, an ea conſtituant matrimonium, quãdò ſunt de præſenti, vel ſponſalia, quando ſunt de futuro: ſi enim hoc habeant, pulſulat hoc impedimentum: ſecus ſi neutrũ claudant. Quia nec eſt matrimonium, nec eius promiſſio ex vi talium verborũ. Quãdò autem id eueniat, dixi latè lib. 1. tota diſput. 18. & ſequenti.

19. Quinta conditio ad hoc impedimentum incurrendum requiſita, eſt iuxta aliquos, vt promiſſio illa matrimonij ſit mutua: ſi enim alter ſolus adulter promittat, altero non reſpondente, cenſent non oriri hoc impedimentum. Sic tenent Henriquez lib. 12. de matrimonio. cap. 14. numer. 3. Vgolinus de ſacramen. vbi de matrimonio. cap. 19. numer. 8. & addit Henriquez non ſatis eſſe eam promiſſionẽ iure iurando firmatam, & ab altero acceptatam, niſi alter reſpondat: appellatque oppoſitam ſententiam falſam. Et huic ſententiæ fauet Gloſſa cap. ſignificati, in caſu poſitione, de eo qui duxit: ſed potiùs Abbas ibi, numer. 1. cuius arbitror eſſe illam caſu poſitionem, caſum enim illius textus, in quo impedimentum hoc ſtatuitur, ſic in ſummam redigit, ſi vxore viuẽti, adulteri ſibi ad inuicem fidem dederũt de matrimonio contrahendo. Similiter fauet Bellarminus lib. 1. de matrimon. c. 22. in caſu. 2. vbi explicans hoc impedimentum, ait quãdò mutua fides data eſt. Faueat etiam Baſſolis. 4. d. 34. quæſt. vnic. ar. 2. verũ tertium ſolũ, & Nicolaus de Niſſa ſuper. 4. ſententiarum, tractata. 6. par. 3. de matrim. q. 6. concluſione. 3. vbi dicunt adulteriũ cum mutua promiſſione, quæ ſi dei æquipollet, dirimere matrimonium. Et tandem fauet Sylu. verb. matrim. 8. q. 9. diſt. 4. vbi dicẽs ſufficere ad hoc impedimentũ promiſſionẽ ſimplicẽ ſine iuramẽto, ſubdit hæc promiſſionẽ eſſe de ſponſatione de futuro. Dicitur autẽ Henriquez eo ſolo fundamento, q̃ promiſſio non mu-

tua quantumuis acceptata, nõ ſufficiat ad ſponſalia còſtituenda. Sed hoc parũ probat: tenebatur enim probare textus inducentes hoc impedimentum petere cum adulteriũ promiſſionem ſufficientẽ ad còſtituenda ſponſalia. Et ſic eſt petitiõ principij. Sed vt fortiùs probetur, præmittenda eſt differentia inter promiſſionem, & pollicitationem. Pollicitatio eſt ſolius offerentis promiſſio, vt ſi fiat abſenti abſq; epiftoſa, vel nuncio, vel præſenti, hoc nec acceptante, nec recuſante. l. pactũ, in principio. ff. de pollicet. Quare in pollicitatione non ad eũ conſenſus duorum, nec eſt pactum, ſed quædam pacti pars: petit enim hoc duorum conſenſum. l. ſciendum. 5. pactum. ff. de edil. edicto. Promiſſio autem ſi non ſumatur improprie, & genericè, vt eſt genus ad pollicitationem, ſimplicem promiſſionem, & ſtipulationem, ſed proprie, & ſpecificè, eſt pactum quoddam de ſiderans mutuum conſenſum promittentis, & eius cui ſit promiſſio. Et ſi fiat per modum liberalis cuiusdã, & gratuite promiſſionis, ſatis eſt ne ſit pollicitatio, ſed pactum, ac ſimplex promiſſio, vt fiat præſenti, & tacenti. Iuxta. l. tale pactũ, in principio, verbo Te. ff. de pactis. Quòd nil one ris continet, ſed tota ſit fauorabilis: ac proinde taciturnitas illa ſufficiat pro conſenſu, & acceptatione (vt latè probauit lib. 1. diſput. 6. numer. 11. At ſi fieret per modum contractus titulo oneroſo, præſens & tacens non cenſeretur conſentire. Iuxta notatã regulã, Is qui tacet, de reſgulis iuris, in. 6. & l. quæ doctis. ff. ſolutio. matrimonio, quare tunc non erit promiſſio, ſed pollicitatio: eò quòd ſit ſolius offerentis promiſſio. Quæ omnia optimè, & latè alios referens tradit Iaſon rubrica de verb. obligat. numer. 6. & 7. Qua ratione lib. 1. diſput. 6. numer. 26. probauit promiſſionem matrimonij gratuitam, & liberalem, non exigere exprẽſſam acceptationẽ, ſed ſola eius, cui ſit, taciturnitate contentam eſſe. Hoc ergo ſuppoſito probatur hæc ſententia, ex cap. finali, de eo qui duxit, ibi, Si quis ſide data promiſit. Et ex cap. veniens, eodem tit. ibi, Dum modo non præſiterit fidem adultera. Quæ verba non ſolam pollicitationem important, ſed pactum duorum (vt proximè probauit.) Secundò, quia impedimentũ hoc eſt in pœnam vtriuſq; contractũ matrimonium, vtrumq; enim afficit impediens valorẽ matrimonij cum altero: ac ſubinde rationi

Hh 4 con.

consonat, vt vterq; quod eam poenam incurrat, reus sit delicti illius promissionis, ex qua simul cum adulterio confurgit impedimentum hoc: ne ob vnus delictum alter puniatur. At ecclat delictum in eo, qui audita promissione minimè repromittit.

20 Cæterum pro contraria sententia, vt nõ dederit mutua promissio, fortiter vrgeretur textus cap. significasti, de eo, qui duxit, ibi. *Nisi alter eorum in mortem vxoris defonã fuerit machinatus, vel ea viuente fidem illi dederit de matrimonio contrahendo.* Particula enim, alter, de vnus promissionis verificatur. Secundo, quia ibidem, & cap. i. c. veniens, eodem tit. æquiparantur ad hoc impedimentum inducendum, machinatio mortis coniugis, & futuri matrimonij promissio. At illa sufficit ex parte alterutrius, quando adest adulterium (vt dixi disp. precedenti, nu. 9.) Ergo idem censendum est de promissione. Tertio, quia ratio iudicandi huius impedimenti, nempe, ne spe futuri matrimonij coniux interficiatur, locum habet altero solo promittenti. Quarto, quia textus, c. i. c. significasti. c. veniens. c. finali, de eo, qui duxit, & cap. relatum, 31. q. 1. hoc impedimentum statuens, solius fidei data cum adulterio meminere: & nullibi inuenitur desiderari reprobationem alterius. Et id eodẽ huic opinioni satis fauet Rebuffus praxi beneficiorum, regula de dispensatione in gradibus prohibitis, Glossa. 5. num. 30. vbi explicat hoc impedimentum, si alter fidem dederit de matrimonio cum altero contrahendo. Et fauet etiam Palud. 4. d. 34. q. 1. art. 3. num. 17. in casu. 2. & Almain. 4. d. 35. q. vnica, aiunt enim incurri impedimentum hoc, si adulter promittat adultera, vel e contra, & tenent in proprijs terminis, Sotus. 4. d. 37. q. vnica, artic. 4. columna antepenultima, vt sic. secundus casus. Angles Floribus. 1. p. vbi de matrim. q. 9. art. 3. dubio. 2. Ludouicus Lopez. 2. par. instrum. c. 54. columna. 4. in secundo crimine, vbi de matrim. & tenent etiam expresse Doctores, quos num. 4. retuli: nam in eo casu non data est mutua fides (vt notauit ibi, in fine) & tamen aiunt incurri hoc impedimentum.

21 Sed vt quid sentio explicem, meminisse oportet eorum, quæ diximus lib. 1. disput. 5. num. 15. quando censetur promissio matrimonij facta per modum contractus onerosi, ac reprobationem expectantis: & quando per modum gratuita: & liberalis promissionis, vbi diximus quando de ma-

trimonio contrahendo inter aliquos tractabatur, censi promissionem per modum contractus onerosi fieri: quando verò de hoc non erat sermo, sed ob aliquid beneficium acceptum quasi gratum se exhibens quis promittit, censi per modum liberalis promissionis, & in dubio reputari per modum contractus, iuxta sponfalium naturam. Quod post ibi scripta, reperi mirabiliter dictum in Fortunio Garcia. cap. 1. de pactis, nu. 15. verbi ergo aliquatiter, vbi ait promittentem matrimonium tacenti, non obligari. Quoniam promittens vult pacificè, at dum alius non respondet, deficit actus ex parte alterius: & sic concludit nihil agi. At in presenti euentu, credo in dubio non censi promissionem respectiuam, & per modum contractus reprobationem sperantis. Quia cum alter adulter, vel vterq; matrimonio tunc ligatus sit, nõ agitur tunc de pacto futuri matrimonij inuendi, sed ad significandam amoris alteri magnitudinem, vel in præmium adulterij admissi, seu sub spe admittendi, ea promissio liberaliter fit. Sicut inter turpiter amantes, alia dona conferri solent.

22 Hoc præmissis, prima conclusio fit. Nõ satis est ad hoc impedimentum, promissio alterutrius, nisi ab altero acceptata fit. Hæc manifestè probat prior ratio, quæ, num. 19. ad finem proposui pro sententia tibi relata. Neq; enim esset promissio, nec fidei dario, quæ textus expostulant, sed mera pollicitatio, deficienti alterius acceptatione. Secundo, quia verba cum effectu accipienda sunt. c. relatum, de cler. non resid. Ergo verba illa textus. c. finali, de eo qui duxit, si fide præstita promittit adultera, cum effectu sunt accipienda. At effectu carent, & inania sunt, quando alter non acceptat. Tandem quia æquiparantur. c. i. c. veniens, cap. significasti, de eo, qui duxit, machinatio mortis coniugis, & matrimonij promissio, ad effectum inducendi huius impedimenti, accedente adulterio. At illa effectum carens non producit hoc impedimentum (vt probauit disput. precedenti, num. 7.) Hæc tenentur tueri Doctores petentes mutua promissionem, quos, nu. 19. retuli.

23 Hinc deducitur duplicis questionis conscientie decisio, de qua his diebus cõsulemus sum. Quædam adultera ad altero respondenti futuras nuptias sic respondit, Faxit Deus

vt vir meus incolamus perferet. Altera verò eidem sponfioni hoc responsum prebuit. Dirigit Deus quod diuino eius obsequio expediturus fuerit. Et in neutro euentu incurri impedimentum hoc respondi. Quod ea responfionis verba nõ acceptationem, sed repulsam fidei datæ indicent.

24 Secunda conclusio. Quando adest promissio alterius adulteri acceptata ab altero, incurritur hoc impedimentum, nec desideratur alterius reprobatio. Hæc est eodẽ sententiam. n. 19. relata: & tenent eadẽ Doctores contraria sententia relatae nu. 20. & probatur rationibus ibi adductis.

25 Tertia conclusio. Nunquam sufficit taciturnitas eius, cui promittitur. Quia ea promissio etiam liberaliter facta, est nociua acceptanti. Cum per eam incurrat delictum, (vt dicam, nu. 40.) & impedimentum dirimens. Quare licet in alijs euentibus, in quibus id damnus non sequitur, taciturnitas sit sufficienti acceptatio promissionis liberaliter factæ (vt nu. 19. dixi,) secus in hoc, propter rationem dictã. Sed obijciens, adulteram ignorare hoc damnũ, ac proinde censi acceptare tacendo. Dic hanc ignorantiam, vt potè quæ iuris est, nõ præsumi, regula Ignorantia, de regul. iuris, in 6. ac proinde cum illa taciturnitas sit ex sola iuris præsumptione consensus, non reputabitur in hoc casu, nisi aliud cõsensum signum sit.

26 Vltima conclusio. Satis est expressa acceptatio, quãvis promissio illa fiat per modum contractus onerosi, & respectiuæ. Quia licet posset quis existimare eam non sufficere, quòd non fit acceptatio, sed potius repulsa talis promissionis, vbi acceptans non reprobatur: nõ enim acceptat eo modo, & cum reprobantem conditione sub qua fit (vt probauit lib. 1. disput. 5. num. 5.) ac proinde est ac si nil promissum foret (vt ibi nu. 14. dixi) At verius est, illam acceptationem esse promissionem, & ita iustificientem acceptationem. Et quod dixi, disput. 5. n. 5. expressam acceptationem non censi reprobationem, intelligendum est, quando promissio est liberalis. At quòd fit per modum contractus, acceptatio est reprobatio: & in hoc casu verũ habet sententia, quam eadem disp. 5. nu. 4. retuli, dicens acceptationem esse reprobationem. Quia cuiuscunq; contractus acceptatio est virtute contrahere, vt si quis promittat equũ certo precio dato tradendũ, acceptans promissionem censetur precium

repromittere. Aliàs irrisoria esset acceptatio, ac rem feriam in nugas transfore, acceptare illum equum gratis tradendum. Item, quia actus dubius eã interpretationem recipere debet vt valeat. l. quoties. ff. de rebus dubijs: & tradit latè Menochius de præsumptio. lib. 3. præsumption. 129. numer. 45. & responfio, ne extra rem fit, debet esse iuxta substantiam materiam. Tandem, quia si quis dicat, Accipio te in meã, & femina respondeat, placet, est matrimonium. Ergo si verba sint de futuro, erunt sponfalia. Nec valet dicere, posse hæc promissionem acceptari, vt liberalem, & obligantem solum promissionem. Quia id nõ contingit, quando promissio est per modum contractus, sed talis actus esset irrisorius.

27 Ad argumenta, nu. 19. proposita responderetur. Ad primum dic id concludere non satis esse ad hoc impedimentum pollicitationem, sed exigi promissionem acceptatam ab altero, quæ vera promissio est, quãuis non ad fit reprobatio. Ad secundũ dic culpam reperiri in altero, eò quòd similè promissionem iniquã acceptat. Vel secundo dic nõ desiderari culpã in vtroq; sed satis esse in altero: non enim innocens incurrit directè illud impedimentum, sed indirectè, eò quòd reus illud contrahat, nec possit matrimonium cõsistere nisi inter duos. Sicut machinationem alterius cum adulterio sufficere ad impedimentum dirimens inducendum, diximus disp. precedenti, num. 9.

28 Sexta conditio iuxta aliquos Authores ad hoc impedimentũ requisita, est, vt promissio illa non sit nuda, & simplex, sed fide vallata. Ita censent quidam Doctores. An tiqui, quos tacito nomine refert Ricardus 4. d. 35. art. 3. q. 4. & relata contraria sententia in vltimo loco, neutram definit. Et ita tenent Nicolaus de Orbellis. 4. d. 35. q. vnica. §. 1. Tabiena, verb. impedimentum, impedimento. 7. q. 3. nu. 4. Gaeta repetitio. c. ad limina. 30. q. 1. §. 4. q. 161. nu. 4. 13. & dicit esse probabilè, ac tutò amplecti posse ad non dirimendum iam initum matrimonium, Veracruc. 1. p. specul. ar. 34. post. 9. conclusionem, dubio. 1. Et fauet huic sententiæ Caiet. summa, verb. matrimonium c. impedimento. 5. vers. tertius casus est, vbi sic proponit hoc impedimentum, cum est adulterium mixtum promissioni fide vallatæ. Fauent etiam Bassolis. 4. d. 34. q. vnica, ar. 2. vers. 2. dico, iuncto, vers. tertius,

Nicolaus de Niisa super. 4. sententiarum, tractatu. 6. p. 3. q. 6. conclusion. 3. quoniam asserunt ambo fidei dationem, vel promissionem, quæ est iuramento firmata, quæ pro eodem reputantur, producere hoc impedimentum. Et id persuaderi videtur ex c. 1. de eo, qui duxit, ibi. *Cui fidem dederat*, & c. significasti, ibi. *Sibi fidem dederat*, & c. finali, eodem, tit. ibi. *Si quis vxore viuente fide data promissit*. Vbi manifestè omnes textus fidei dationem perunt: & id. c. finale non contentum est sola promissione, sed addidit, *fide data promissit*. Quod verbum superfluum esset, sola promissione sufficienti. Cum tamen verba decreti Pontificij aliquid debeant operari, ita vt non vna syllaba debeat esse superflua (vt probauit lib. 3. disput. 26. nu. 6.) Imò videtur desiderari iuramentum. Quia conciliū antiquissimum Triburiense, vnde de sumptum est. c. reclarum. 31. q. 1. vbi hoc impedimentum decernitur, iuramentū apposuit, ibi. *Viuente viro suo iuramentum dedisse*. Vbi Glossa verb. viuente, ait, *Et ita viuente viro fidem dedit*. Vnde pro eodem vsurpare videtur, fidem dare, & iurare. Et quod id Conciliū Triburienſe dixit, iuramentū præstitum esse, videtur explicuisse Alex. III. Inno. III. Greg. IX. c. 1. & c. significasti, & c. finali, de eo qui duxit, vt tēs hoc verbo, fidem dedit. Præterea, quia. c. ad aures, de his qui vi, iuramentum & fides pro eodē vsurpantur, ibi. *Nisi forte iuramento, vel fide interposita sit confirmata*. Vbi Innoc. ad finem, Hostienſis, nu. 2. super verb. iuramentum, & verb. fide interposita, Ioannes An. nu. 3. Anton. nu. 4. Immol. nu. 4. Archid. c. 1. de sepult. in 6. nu. 1. verb. iurandum, & verb. fides interposita, & ibi Dominicus in principio. n. 6. fidem interpositam asserunt esse iuramentum, & eam solam differentiā constituunt, quod iuramentum ibi appellatur, quando re sacra tacta præstatur, fides vero interposita, quando per Deum, vel fidem propriam absq; sacræ rei contactu iuratur. Et Abbas. d. c. ad aures. n. 3. ait fidei præstationem esse quamdā iuramenti speciem. Et Cardinalis ibi. q. finali, & Tabien. verb. iurare. q. 3. n. 32. volunt etiam esse iuramentum: & id solum discrimen constituunt, quod cum exprimitur verbum, iur., appellatur eo. c. ad aures, iuramentum: si autem eo non expresso promittatur per fidem propriam, fit fidei interpositio: nulla autem particula adiecta verbo, promitto, fit simplex promissio. Et Glossa. c. consti-

tutum, verb. fide, de transact. explicat eum rextum dicentem, *Fide præstata*. Id est, iuramento. Et Glossa finalis. c. 2. de fideiſt. cū dicat ille textus, *Si religionem fidei, & iuramenti sui illos violasse constituerit*. Ait idē esse venire contra fidem promissam, & contra iuramentum. Et Ioannes Andr. c. 1. de sepult. in 6. nu. 1. & ibi Dominicus in principio, nu. 7. Francus ibi, in principio, num. 4. asserunt nullam esse differentiam, siue quis dicat, iuro per sancta Dei Euangelia, vel; Promitto sub fide mea. Et tandem id esse iuramentum tenent alijs citatis, Alciatus. l. si quis maior, nu. 51. C. de transact. & ibi Padilla, nu. 35. Auendaño de sequendis mandatis. 2. p. c. 27. nu. 6. Azabedo lib. 5. recopil. tit. 10. l. 3. sine. Ex quibus omnibus concludi videtur promissionem futuri matrimonij absque iuramento factā, vel saltem esto dicamus non esse iuramentum, absq; fidei interpositione, nullum esse impedimentum futurarum nuptiarum. Quare. D. Antoninus. 3. p. tit. 1. c. 5. in crimine secundo dirimenti manet anceps, an nuda promissio, nec fidei, nec iuramento firmata impedimentum hoc pariat: & ait Pontificem esse consulendum.

In contrarium tamen facit doctrina Abbat. c. 1. nu. 2. de sponsa duorū, & ibi Alexandri de Neuo. n. 2. vbi docent passionē quantumcumq; simpliciter initam posse appellari fidem: atq; ita venientem contra promissionem, posse dici venire contra fidem præstitam: & ita vsurpari. l. ff. de cōstit. pecun. & l. ff. de pactis. Secundo, quia verius est, fidei propriæ interpositionem non esse iuramentum, vt docent alijs citatis, Caiet. 2. 2. q. 89. ar. 6. Sylu. verb. iuramentum. r. q. 6. Armilla, verb. iurare. n. 32. Sotus lib. 8. de iust. q. 1. ar. 1. & de cauendo iuramento. c. 4. Nauar. summa. c. 12. nu. 2. Cotur. c. quamuis pactum. 1. p. 6. 2. nu. 2. Bolognetus. l. si quis maior. n. 6. C. de transact. Pimellus. l. 2. p. 3. c. 1. num. 13. C. de rescind. vendit. Gutierrez Authentica, Sacramenta puberum, nu. 145. C. si aduersus venditionem. Tertio, quia qualitercumq; promittatur matrimonium, militat eadem ratio, qua Ecclesia ducta hoc impedimentum in dicit, nimirum, periculum interficiendū coniugis spe ineundi matrimonij. Quarto, quia simplex promissio facta est ad sponsalia constituenta. Quinto, quia secundum communem loquendi vsū, dicitur dare fidē, qui spondet, vel promittit: & ita sponsalia quibuscumq; verbis contrahentes, dicuntur

verē

verē dedisse fidē matrimonij. Nec obstat in contrarium adducta. Quod Pontifices non inuitantur fidei datione, sed quia inter adulteros solent verba multiplicari, fidesq; interponi, ac ius iurandum, idē sic propositum hoc impedimentum. Quare & si ex rigore verborum textuum videatur non sufficiens simplex, & nuda promissio, ad hoc impedimentum inducendum: at attenda illorū ratione videtur sufficiens: eod vel maximè quod sic explicuerit cōsuetudo, & communis ferè omnium Doctorum sententia. Quamobrem ab hac non existimo recedendū, & ex Theologis, huic sententiæ videtur adherere Ricardus. 4. d. 35. art. 3. q. 4. cum hanc in posteriori loco referat. Et tenet Paludan. 4. d. 34. q. 1. art. 2. num. 17. & ibi Supplementum Gabrielis q. vnica, art. 2. conclus. 12. Maioris. 4. d. 35. q. 2. colum. 3. in argumento contra. 2. impedimentum. Sotus. 4. d. 37. q. vnica, ar. 4. colum. penul. Veracruz. 1. p. Speculi, art. 3. 4. post. 9. conclusio. dubio. 1. Pedraza summa, præceptor. 6. vers. 14. Henriquez lib. 12. de matrim. c. 14. nu. 3. Philarcus de officio sacerdotis, romo. 1. p. 2. lib. 2. c. 5. impedimento. 4. Ludouicus Lopez. 2. p. instr. d. orij, vbi de matrim. c. 54. col. 4. vers. aduertendum est. Vega. 2. romo summa. c. 34. casu. 71. & ex Iurisperitis, Ioannes de Triburgo summa confessorum, lib. 4. tit. 9. q. 2. Astensis. 2. p. summa, lib. 8. tit. 20. art. 2. in principio. Angelus, verb. matrimonium 3. impedimento. 9. n. 1. & ibi Patavimus in additionibus. Sylu. verb. matrim. 8. q. 9. di. & 4. Supplementum Pisane, verb. impedimentum, impedimento. 8. nu. 2. Martiengo lib. 5. recopil. tit. 1. rubrica, Glossa. r. n. 187. & non exigi iuramentum docent etiā Speculator, tit. de eo qui duxit. §. vnic. n. 4. Ioannes Andr. c. significasti, eodem tit. n. 2. & ibi Anton. 7. Alexander de Neuo. n. 9. Henricus. c. finali. n. 5. eodem tit. Albericus in suo dictionario, litera. A. verb. adulterium, vers. nasci de adulterio. D. Antonius. 3. p. tit. 1. c. 5. in 2. crimine dirimenti. Rosella, verb. impedim. impedim. 8. nu. 1. Graffis. 1. p. decisionum, lib. 2. c. 85. nu. 8. Neq; existimo necessarium esse vti verbo, promitto, sed satis esse nudis verbis promittere, vt, Ducamte. Quod benè docent Veracruz, Pedraza, Vega proximè relati. Quia hæc verba satis esse ad sponsalia constituenta probauit lib. 1. disp. 8. nu. 12. Atque proinde eadem militat ratio.

30

Septima conditio est, vt matrimonium

prius contractum sit validum: si enim esset reuera irritum, adulterium illud exilium cum futuri matrimonij promissione, nullum præstaret impedimentum, vt expressè deciditur. c. 2. de eo qui duxit, vbi decernitur matrimonium metu contractum, nec postea tacite, vel expressè ratificatum, eod quod irritum sit, non obulare valori matrimonij alterius initi cum adultera. Præterea, quia vbi matrimonium prius non est verum, minimè verificatur adesse verum adulterium, & promissionem duratè vero matrimonio nec datur anſa veri coniugis necandi. Et ita docent ex Theologis D. Tho. 4. d. 35. q. vnica, in fine, in expositione literæ, & ibi Maioris. q. 2. colum. 3. in argumento contra. 2. impedimentum. Supplementum Gabriel. ibi. q. vnica, art. 2. post. 12. conclusionem, vers. dicitur etiam fuit. Petrus de Soto lectio. 9. de matrim. vbi de impedimento criminis. Veracruz. 1. p. Speculi, art. 34. conclusio. 6. Palacios. 4. d. 35. disput. vnic. colum. 24. vers. obseruandum secundū, fol. 791. Graffis. 1. p. decisionum, lib. 2. c. 85. nu. 7. Emmanuel Sa summa, verb. matrimonium, vbi de impedimentis dirimentibus. n. 7. Vivaldus candellabro sacram. 1. p. vbi de matrim. n. 213. & ex Iurisperitis, Host. summa, tit. de eo qui duxit, nu. 2. vers. si verò neuter, & c. fin. n. 4. eodem tit. Ioan. Andr. ibi. n. 6. & cap. 2. eodem tit. n. 4. Auton. eo. c. finali. nu. 8. & ibi Præpos. n. 6. Anchar. eo. c. 2. nu. 3. & ibi Alexander de Neuo. n. 4. Henric. eo. c. finali. n. 1. Albericus in suo dictionario, litera. I. verb. impedimentum. 8. vers. quid si ab initio. Ioannes de Triburgo in summa confessorum, lib. 4. tit. 9. q. 3. Astensis in summa. 2. p. lib. 8. tit. 20. ar. 2. in principio. Brunellus de sponsalibus, concl. 34. n. 1. & 4. Angelus, verb. matrimonium, 3. impedim. 9. n. 1. fin. Sylu. verb. matrimonium. 8. q. 9. dicto. 4. Tabiena, verb. impedimentum, impedimento. 7. n. 2. q. 3. Nauarrus summa c. 2. hispanè. n. 47. latinè. n. 46. Antonius Cucus lib. 5. institutionum maiorum, tit. 12. n. 84. Martiengo lib. 5. recopil. tit. 1. rubrica, Glossa. 1. nu. 183. Non tamen est necessarium, vt prius matrimonium sit copula consummatum. Idq; constat ex c. 2. de eo qui duxit, vbi expressè deciditur sufficere matrimonium ratum, modò non sic irritum. Et tradunt ibi omnes scribentes, & Supplementum Gabrielis, Angelus, Syl. Tabiena, Nauar. Palacios proximè relati. Quamuis aliqui antiquiores quos tacito

nomi.

nomine refert Innoc. c. finali, in fine, de eo qui duxit, afferant non facis esse matrimonium ratum. Quos iure optimo reprobat ibi Innoc. per d. cap. 2. Sufficit etiam, quanvis illud matrimonium sit per duorum dissolutum quoad habitacionem. Vt est textus expressus. c. ex literarum, de eo qui duxit. Et docent ibi omnes. Et Angelus, Sylu. Tabiena, Graffis, Naturus, vbi nuper eos allegauit.

31 Octaua conditio est, vt vterque adulterans norit alterius coniugium, altero enim illud ignorante, non est locus huic impedimento. Quod non fit adulterium formaliter ex parte vtriusque. Haetur expressè c. 1. de eo qui duxit, & c. veniens, eodem tit. Et docent vniuersi Theologi cum D. Thoma. 4. d. 37. q. vnica, in fine, in expositione litterarum. Et omnes Iurisperiti cum Glossa. c. super hoc, verb. copulauit, & c. veniens, in fine, & c. significasti, verb. fidem, de eo qui duxit. Nec sufficeret, si vterque esset coniugatus, & nosset proprium coniugium, si neuter alterius coniugium nouit. Quod clarè colligitur ex c. 1. de eo qui duxit, ibi, *Insciam quod illi aliam habere uxorem*, vbi sola matrimonij alterius adulteri ponderatur ignorantia. Et idè solum ponderatur. c. veniens, eodè tit. Quia impedimentum hoc institutum est propter iniuriam irrogatam ab vtroque adultero eidem matrimonio, committendo aduersus illud adulterium, data fide futurarum nuptiarum: at in hoc euentu ignoras non inferri iniuriam eidem matrimonio, sed soli proprio. Et ita expressè sentiunt Maioris. 4. d. 35. q. 2. columna. 2. catu. 1. Et ibi Supplementum Gabrielis. q. vnica, art. 2. concl. 12. Palacios ibi, disput. vnica, columna. 24. vers. obseruandum tertio, folio 761. Angelus verb. matrimonium. 3. impedimento. 9. n. 1. Sylu. verb. matrimonium. 8. q. 9. dicto. 4. dicentes necessarium esse, vt vterque adulter norit reliquum habere coniugem: & altero ignorante, posse inter eos consistere matrimonium post coniugis obitum.

32 Difficultas tamen ea esse potest, an desideretur post scientiam coniugij alterius matrimonium de facto iniuri, & copula haberi: an potius sufficiat, si ante scientiam inear matrimonium, & habita scientia, addit copula? Et quidem dicendum est, id sufficere ad hoc impedimentum incurrendum. Quod in eodem matrimonio perseverando, & eo post scientiam prioris con-

iugij vtdo, censetur quasi contra factum matrimonium post scientiam, & ansa praebeatur machinandi in mortem coniugis. Et ita docent ex Iurisperitis Goffredus summa, tit. de eo qui duxit. n. 1. Hostiensis summa eodem tit. nu. 1. vers. fide quid si ab initio. Et c. 1. eodem tit. paulo post princ. & n. 4. & ibi Ioan. Andr. n. 2. Anton. n. 8. Abb. n. 3. Alexander de Neuo. n. 7. & 10. Praepos. c. veniens. n. 3. eodem tit. Henricus. c. finali. nu. 3. eodem tit. Alberic. Ioannes de Triburgo, Angelus, Sylu. Tabiena allegati nu. 30. Supplement. Pisanæ, verb. impedimentum, imped. g. n. 5. Et ibi Rosella impedimento. 8. n. 1. Armilla verb. matrimonium. n. 33. Brunellus de sponsal. conclus. 34. n. 3. Montaluis. l. finali, ad finem, tit. 2. p. & ibi Gregor. Lopez fine. Nauarr. summa Latina. c. 2. n. 46. & libr. 4. consiliorum. 2. editione, tit. de eo qui duxit, consil. 3. n. 1. Anton. Cucus lib. 5. institut. maior. tit. 12. n. 80. Gaeta repetitione. c. ad simina. 30. q. 1. §. 4. q. 164. n. 416. Lancelotus Instituta iuris canonici lib. 2. tit. de duor. 5. fornicationis quoque, verb. prohibetur. Et ex Theologis Maioris, & Supplement. Gabr. n. precedenti allegati. D. Antonin. 3. p. tit. 1. c. 5. in tertio crimine dirimeti. Caiet. summa, verb. matrimonium, c. 1. impedimento. 5. casu. 4. Veracr. 1. p. Speculi, ar. 34. conclus. 4. Pedraza summa, praepos. 6. vers. 14. fine. Barthol. à Ledef. ma dubio 58. de matrim. concl. 7. Manuel 1. tomo summa. 2. editione. c. 229. num. 6. Philarcus de officio Sacerdotis, tomo. 1. p. 2. lib. 2. c. 5. impedimento. 4. fine. Vega 2. tomo summa. c. 34. casu. 71.

Hoc tamen intelligo, nisi iam habita scientia resiliant illi ab eo matrimonio. de facto inito, & post casu adulterium admisisse. Quod probatur ex dictis. 7. n. 1.

34 Quando autem fides futuri matrimonij praesit coniugij scientiam, ar habita scientia subsecuta est copula, videtur non esse impedimentum. Quia aequiparatur promissio, & adulterium. c. fin. de eo qui duxit. Sicut ergo hoc ante coniugij scientiam non praestat impedimentum: ita nec illa. Et ita videntur sentire Sotus. 4. d. 37. q. vnica, ar. 4. col. penult. & Ludou. Lop. 2. p. institut. vbi de matrim. c. 54. col. 4. in tertio crimine, dicunt enim, tunc esse locum huic impedimento, quando vir postquam nouit foemina esse coniugata, illa fide data cognouit: atque ita videntur petere vtriusque post coniugij scientiam. Caeterum dicendum est,

suffi

sufficere fide dari ante coniugij notitiam, dummodo ea habita se quatur adulterium, nondum priori fide dissoluta. Quia non est maior ratio de matrimonio, quàm de fide data: imò quoad hoc impedimentum inducendum aequiparatur omnino, c. fin. de eo qui duxit. Sicut igitur sufficit matrimonium ante scientiam, ita & fides. Praeterea, quia copula postea habita nondum fide dissoluta, illi imminuitur: & non minus ansa captivè mortis coniugis praebetur, quàm si vtrumque post scientiam contingeret. Nec est simile de adulterio scientiam praecedenti: quod id ex parte ignorantis verum adulterium minime fit. Et ita sentiunt Abbas, Angelus, Rosella, Veracruz. n. 32. allegati. Henricus. c. fin. n. 5. de eo, qui duxit.

35 Imò Henricus. n. precedenti relatus vult hoc impedimentum incurri, quando copula praesit coniugij scientiam, hanc subsequenti matrimonio, vel eius fide data. Quod in vtroque casu eadem ratio militet, & altero post scientiam admisso, videatur alterum scientiam praecedens approbari. At non est illi credendum. Quia textus & Doctores petunt adulterium ex parte vtriusque: vt constat ex c. 1. super hoc. c. fin. de eo, qui duxit, & idè vbi alter ignorat coniugium, dicit non incurri hoc impedimentum, quia ex parte illius non est adulterium: Quod semper contingit, quando copula scientiam praecedit.

36 Quando autem dubitatur, an dum adulterium admissum est, vel fides data, superstes esset alter coniux, incurretur hoc impedimentum, si verè tunc vivebat. Quod praesumatur eo viuente hec contigisse, dum contrarium non constat, vt bene ait Nau. lib. 4. c. 2. edit. tit. de Spons. c. 17. nu. 3. Mors enim non praesumitur, nisi id tempus transactum sit, ad quod vita humana moraliter non extenditur, vt ceterum annorum. Si verò dubitaretur an fides data esset, vel adulterium commissum, in dubio non esset locus huic impedimento. Quia cum ea sint quid factum, non praesumuntur: & voluntas possessio ne suae libertatis ad valèdè inendum matrimonium in dubio priuanda non est.

37 Et tunc dicitur haberi scientiam prioris coniugij, quado adest certitudo, aut probabilis opinio. Non enim cuiuslibet leui insinuationi fides habenda est. c. inquisitioni, de sentent. excom. & ita docet Alex. de Neuo. c. veniens. n. 8. de eo qui duxit. Maioris 4. d. 35. q. 2. col. 2. casu. 1. Angelus, verb. matrimonium. 3. impedimento. 9. n. 1. Syl. verb. matrimonium. 8. q. 9. dicto. 4. Sotus

4. d. 37. q. vnica, ar. 4. col. penultim, vers. quod dicimus. Bartholomeus à Ledef. de matrim. dubio. 58. concl. 7. Ludouic. Lopez. 2. p. instructio. 7. vbi de matrim. c. 54. col. 4. in tertio crimine.

Dubitatur autem, an excuset ab hoc impedimento incurrendo quis ignorantia coniugij alterius, an potius sola probabilis? Et quidem communiter Doctores tradunt eam ignorantiam debere esse probabilem, & iustam. Nec enim iustus est ignorantiam minimè vacantem culpa excusare: sicut à nullius praecipit transgressione excusari. Ita sentiunt Host. summat. de eo qui duxit n. 2. vers. sed quomodo, & c. 61. nu. 3. de eo qui duxit, & ibi Ioanni. Andr. n. 5. Alberic. in suo dictionario, litera. I. verb. imped. 8. vers. qualiter intelligatur. D. Anton. 3. p. tit. 1. c. 5. fin. Sylu. verb. matrimonium. 8. q. 9. dicto. 9. Supplementum Pisanæ. c. b. impedimento, imped. 8. n. 8. & ibi Rosella impedimento. 8. n. 13. Tabiena ibi, impediment. 7. n. vltim. Petrus de Soto lectione. 9. de matrim. vbi de impedimento criminis. Nau. summa. c. 22. latine. n. 46. hispanè, nu. 47. Gaeta repetitione. c. ad limina. 30. q. 1. §. 4. q. 167. n. 419. Palacios. 4. d. 35. disput. vnica, columna. 24. vers. obseruandum tertio, folio. 791. Valentia. 4. par. disput. 10. q. 5. puncto. 3. vbi de impedimento criminis. Philiar. de officio sacerdotis, tom. 1. p. 2. lib. 2. c. 5. impedim. 4. Verum quamvis haec communis sententia sit, & satis probabilis, at veriorè puto contrariam, nimirum, excusare ignorantiam crassam, & supinam. Tum, quia ignorantia haec est facti, quae excusare solet iuxta regulam ignorantia, de regulis iuris, in. 6. Tum etiam, quia adulterium est necessarium, quod tamen absque dolo non committi fateatur omnes. per. l. penultimam. ff. ad. l. Iuliam, de adulter. At vbi dolo exigitur, non facti est lata culpa. Iuxta Glossam receptam in magna negligentia. 226. verb. dolo. ff. de verb. signif. & ita hanc partem relato Calderino tuetur Alexan. de Neuo. c. 1. num. 3. & 4. c. ex literarum, in fine, de eo qui duxit. Et dicit esse probabilem Veracruz. 1. p. speculi, artic. 36. conclusion. 7. fine.

Id tamen monuerim, quado contra factum est matrimonium à persona coniugata, cum soluta illius matrimonij signata, quavis matrimonium irritum sit, mortuo coniuge esse in optione personae deceptae cogere alteri, vt secum denuò matrimonium inear,

vt

39 nota ad c. 1. de eo qui duxit

vt expressè habetur. c. 1. de eo qui duxit, ibiq; eare dicitur ratio, ne deceptor lucrù ex suo dolo reportet, & docent ibi valuer. Quando autem vterq; contrahens ignorabat, in optione vtriusvis erit, alterum cogere. Quòd iam vterq; ex parte sua cõsentim præberit. Et ita docent Innoc. eo. c. 1. fin. & ibi Præpos. fin. Vtrū autem coactio hæc desideret iudicis sententiam vt obliget diximus lib. 4. tota disput. 15.

40 Tria demū obseruanda sunt. Primū est, grauem culpam admitti promittēdo matrimonii post obitum coniugis ineundum. Quia duraturus captandę mortis coniugis, & ita expressè hos dantes similes fidem peccare grauitur, deciditur. c. fin. de eo qui duxit: & subiungitur, illis penitentia iniungendam esse, & tradunt ibi omnes scribentes. Quam simili culpa inuoluetur acceptis. Quimodi promissionē, vt pote qui culpa alterius consensum præbet. Imò eam promissionem irritā esse, tradunt Abbas eo. c. final. nu. 2. & ibi Alexander de Neou n. 4. Anchar. c. super hoc. nu. 2. eo dem. tit. Lancelotus Instituta iuris canonici, lib. 2. tit. de diuortijs. §. cū ea autem, verb. decerint. Diuortij, quòd ob eandem rationē nō valeat promissio vacaturi beneficii c. 2. de concess. præb. ergo nec promissio matrimonij carnalis. Et quidē hoc cõstat, quando ex ea promissione consergit impedimentū dirimens. Est enim inter personas inhabiles. At eo nō consergēte potest esse difficultas, cū referatur promissio ad tempus habile. Sed puto non recedendum à prædicta sententia. Quòd ius simili bus pactis resistat, vt caueatur ansa captandę mortis, vt cõstat ex textibus adductis, & ex l. final. ff. de pactis.

41 Secundum obseruandum est, hoc impedimentum non reddere adulteros sibi fidem dantes, vel matrimonium de facto ineuntes, simpliciter inhabiles ad quoduis aliud matrimonium, sed solum vt inter se illud contrahant, vt expressè habetur cap. ex literarum, in fine, de eo qui duxit, & docent ibi Alexander de Neou, num. 5. D. Bonaventura, 4. d. 37. art. 2. quæst. 2. Maioris 4. d. 35. quæst. 2. paulò post principium. Vgolinus de sacramentis, vbi de matrim. c. 19. nu. 8.

42 Postremū obseruandum est, hoc impedimentum esse solo iure Ecclesiastico inducitur: atq; ita non habere locum inter infideles: nisi speciali lege sit apud ipsos indictum. Quòd nemo negat: cū cõstet

nullam esse illius fundamentum attento solo naturæ iure.

43 Maior autem difficultas est, quando alteruterque fidelis erat: aut quando alterum, vt adulterium, vel fides, seu contractus matrimonij de facto, consistente altero, præcessit baptismū: alterum autem illum subsequutum est? Et quidē quando alter fidelis erat, vt si infidelis legitime coniugatus adulteretur cum fidele, vel hic coniugatus sit, & neutrum lateat alterius coniugium, aditq; aut fides matrimonij futuri, aut contractus de præsentis: non videtur dubium quin sit impedimentum dirimens, ne infidelis ille baptismō suscepto possit cū fidele in matrimonium inire. Quia quāuis infidelis nequerit impedimento, hoc ligari ab Ecclesia ligatur tamen fidelis, cū concurrant omnes conditiones petite: & cū matrimonium non possit consistere nisi inter duos, & consequēti, & indire dē ligabitur infidelis. Sicut. c. 1. de conuers. infid. decernitur nō posse consistere matrimonium inter infideles iam baptizatum, & fidele, quādo existens ille infidelis, & hic fidelis, cōmuni consilio coniugē interfecere. Et ita docent Verac. 1. p. Spec. ar. 34. post. 9. cõclusionē, dubio. 3. Vega. 2. to. mo summæ. c. 34. casu. 123. Quando autē inter ipsos infideles alterū ante baptismū contigit, vt promissio matrimonij, vel contractus, alterum verò post, vt adulteriū. Veracruz. d. ar. 34. post. 9. conclus. dubio. 4. Vega. d. casu. 123. & Bartholomæus à Ledesma. dubio. 58. de matrim. fin. fatentur esse impedimentum. Quia sicut satis est promissio matrimonij scientiā coniugij præcedens, modò adulteriū post superueniat. Ita fat erit promissio ante baptismū, subsequēte illū adulterio. In vtroq; enim euentu videntur coniungi virtute priorum verborū. Et cõfirmatur, quia à principio promissio illa non impediēbat, impediuit autē addito adulterio cum matrimonij notitia. Ergo simili modo fides ante baptismum data, quæ tūc matrimonio non obstat, poterit obstatere superuenienti adulterio post baptismum. Secundò, quia machinatio mortis coniugis tempore infidelitatis habita, nocet infideli, ne fidelis factus possit inire matrimonium cū vxore coniugis interfecit. c. 1. de conuers. infidel. Ad dit tamen Verac. ibi cum Abulen. 1. Reg. 8. q. 38. quos sequitur Henriquez lib. 12. de matrim. c. 14. n. 3. sicut exigitur scientia adulteri ad hoc impedimentum, ita quoq; desiderari eius exili-

mationem, vt si duxit infidelis repudiatam ab alio, & legitimo viro, qui repudiaret superlitate, post conuersionem, eam cognoscit, exilimās solui matrimonium repudij, pro vt infidelitatis tempore credebatur, non erit impedimentum. Quòd dicit adulteri exilimatio. Ceterum extimo contra prædictos doctores, nullum creari impedimentum, quando alterutrum horum ante vtriusque contrahentis baptismum contingit. Quia cū neutrum seorsum puniatur ab Ecclesia hæc pœna, sed vtrumque coniunctum, oportet vtrumque contingere tempore habili, nempe, subiectionis delinquentium legibus Ecclesiæ. Sicut Ecclesia excommunicante percutientem hominē, & ab eodem bona furripientem, ita vt ambo delicta deberent coniugij: illam non contraheret percutiens ante baptismum, & post illud bona rapiens. Item quia dans fidem ante matrimonium, & post illud adulterans non renouata fide, minimè ligatur hoc impedimento: quòd illa temporē inhabili contingerit. At non minus est tempus inhabile, tempus infidelitatis, quando delinquens nullatenus est sub Ecclesiæ potestate. Et per hæc soluitur prius argumentum, cum sua confirmatiōe. Quia in eo euentu vtrumque contigit tempore habili. Nec obstat vterius. Quoniam in casu illius textus, alter erat fidelis, vt proxime dixi.

44 Tandem in summam redigendo quæ la rē tota hac disputatione circa hoc impedimentum diximus: ad illud incurrendum desiderantur aliquæ conditiones. Prima est, adulterium cum seminis intra yas effusionē. Secunda, vt cum adulterio con-

currat promissio etiam simplex, vt decam ce, futuri matrimonij, aut contractus matrimonij de præsentis, siue adulterium præcedat, siue subsequatur illa, dum modo non sit remissa fides matrimonij, aut matrimonij illud de facto ininum iam dissoluitur, quando adulteriū superuenit. Satis autem est, fide dari aulter de inuēdo matrimonio cum persona, quā quidā tertius designauerit, id id fraudulenter effectū sit, vt ter tūq; ille adulterā designet. Sufficit etiam quāuis matrimonium illud clandestinum sit. At debent esse fides, aut matrimonij, & adulterium eodem coniugio durantes. Tertia conditio, vt adulteriū perpetratum sit, sciente vtroq; adultero alterius matrimonij: nec sufficit, licet vterq; adulter eo iugatus sit, & norit propriū coniugium: & excusata ignorantia etiam non probabilis, sed crassa, & supina. Sufficit vtrū si fides deur, aut matrimonium ineurante aut scientiā adulteri coniugij, si habita scientia accedat copulata nō sufficit, copula ante scientiam haberi, & post scientiā dari fidem, aut matrimonij de facto iniri. Quarta conditio, vt promissio matrimonij sit externa, quouis fidei, fictione nō apparente exterioris: & quauis promissio sit condicionalis, nisi conditio sit de præterito, aut præsentis, & nec conditio extiterit, neque tunc extet. Quinta conditio, vt promissio ab altero acceptata sit, quamuis non repro mirtat. Taciturnitas autem eius, cui promissio sit, absq; alio acceptationis signo, nunquam sufficit ad hoc impedimentum incurrendum. Vltima conditio, vt prius matrimonium validum fuerit, quamuis nō sit cõsummatum, & dissoluitur sit quoad thorum per diuortium.

DE IMPEDIMENTO LIGAMINIS.
Secundis nuptijs, Benedictione earum, Bigamia, ac alijs penis ex secundis nuptijs consergentibus.

DISPUTATIO OCTOGESIMA.

An secundæ nuptiæ primis non dissolutis, sed consententibus, sint iure naturæ interdicitæ, atq; irritæ?

SVMMARIVM.

Pulchritus vxorum simul est interdicitæ in lege noua iure diuino, nu. 1.

Confutatur hæresis concedentium pluralitatē vxorum, nu. 2.

Confutatur sententia quædam Cæterani. n. 3.